

# De Scriptoribvs Ecclesiasticis Liber Vnvs Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger> Coloniae Agrippinae, 1645

Seculum duodecim ab Anno 1100, ad 1200.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64672

# 214 De Scriptoribus Ecclesiasticis

sumpta: est enim Pannomia quasi compendium decreit Inonis. & ideo mirum videri non debet, quod libro 8. multa sint decreta ex Innocentio secundo Papa, & ex historia Sigeberti, qui suerunt suone posteriores.

De Samuele Marochiano. 1090.

Samuel Marochianus ex Iudæo Christanus scripsity-Stilissimam epistolam, sine librum de aduentu Messiz, & deiis, quæ Iudæi moderni negant, & ob quæ in Iudaisimo obstinate perseuerant. Scripsit autem, vt ipse testatur, post mille annos ab vleima euersione Ierosolymæsub Tito Imper'idest, post annos mille septuaginta duosa natali Domini. Extat hic liber in tomo 4. Bibliothecæ sanctorum Patrum, editionis secundæ, & etiam seorsim excusus inuenitur.

# Seculum duodecim ab Anno 1100. ad 1200.

De Leone Ostrenst. 1101.

Lecundo, sub eodem obiit ad initium anni trio. Scripst chronicum Monasterii Cassinensis à sancto Benedicto vique ad Desiderium Abbatem, qui fuit postea Victor Papa terrius. In quo chronico non pauca attingunturad historiam Ecclesiasticam illorum temporum valde vitilia.

De Zacharia Chrysopolitano. 1101.

Zacharias Episcopus Chrysopoleos vixit tempore Paschalis secundi Pontificis ad initium anni 1101. & seripsit in quatuor Euangelia quatuor libros Commentatiorum.

De Sigeberto Historico. 1101.

Sigebertus Monachus Gemblacensis vixit tempore Gregorii septimi Pontificis, & obiit tempore Paschalis secundi secundi circa annum Domini 1112. Scripsit chronologiam, quæ extat cum aliis historicorum Germanorum libris abanno Domini 381, vsque ad annum 1111. continuauit Sigebertum Robertus de Monte vsque ad annum Domini 1210.

Porro Sigeberrus in sua Chronologia iniquior suit Gregorio septimo ob studium erga Imperatorem; qua de causa non pauca mentitus est, & præsertim cum narrat

obitum ipsius Gregorii.

ıb

Scripsit præterea duos libros de viris Illustribus inter quos se ipse posuit, & opuscula sua diligentissime numetauit. Inter quæ opuscula vnum inuenitur contra epistolam Gregorii septimi ad Episcopum Metensem, & alterum contra epistolam Paschalis secundi, quæ opuscula

merito ab Ecclesia Catholica interdicta fuerunt.

Scripfit quoque, vripse testatur, librum contra eos, qui calumniantur Missas coniugatorum Presbyterorum, qui liber periisse videtur, & iure: indignus enimerat, qui lucem alpiceret. Neque enim Gregorius septimus in cuius odium liberille scriptus erat, reprehenderat Missas conjugatorum Presbyterorum, sed Missas concubinariorum Presbyterorum: neque vetuerat Gregorius, Missas eiusmodi concubinariorum audiri, quod existimarerillas non esse veras Missas, sed quod iudicaret concubinarios indignos este, qui Missam celebrarent, & qui à fidelibus populis frequentarentur. Quodautem liber ille Sigeberti in defensionem concubinariorum Sacerdotum, scriptus esset contra Gregorii Papz edictum, perspicuum est ex ipsa eius chronologia ad annum Domini 1074. vbi dicit, à Gregorio septimo prohibitos fuisse vxoratos Sacerdotes diuina officia celebrare, nouo exemplo & inconsiderato, &c. Sed in defensionem Gregorii Papz contra calumnias Sigeberti, scripsit sanctus Anselmus in epistola ad Gulielmum Abbate, quæ est nu. 8. vbi sic air, De Presbyteris, inquit, qui le aperte reproba libidinis co. uerlationeDeo reprobabiles exhibet, omnino tenedu est, quod Apostolica providentia Ecclesiastico, iustoquerigore constituir. Neque nullatenus convenir, vt ibireuerenter adstent, vbi pertinaciter aperta, & impudentilibidine sœtentes Dei, & Sanctorum prohibitionem contemnendo, sacris altaribus deserviunt, imo non deserviunt sed quantum ad ipsos, commaculant: non quoquis
ea, quæ tractant contemnenda, sed tractantes execrandos existimet: vt quæ Dei, & Angelorum præsentiam
non teuerentur, vel hominum detestatione repulsi, sacra
contaminare desistant.

De Gofrido Vindocinensi. 1101.

Ofridus Abbas Vindocinensis, & Cardinalis tit. S.
Priscæ ab Vrbano secundo creatus vixit vsque ad extrema tempora Honorii secundi, vt constat ex epistola Innocentii ad ipsum. Scripsit epistolarum libros quinque, Opuscula quindecim, & sermones duodecim: quæ omnia extant excusa Parissis anno 1610. opera Iacobi Sirmundi e Societate lesu.

# De Berengosia Abbate. 1112.

Berengosius Abbas scripsit de inventione sanctæ Crucis libros tres: irem librum de mysterio ligni Crucis, & sermones variorum argumentorum, quæ omnia extantin Bibliotheca sanctorum Patrum tomo secundo editionis secundæ.

Hunc Prior Carrhusiæ Treuirensis, qui eum in lucem edidit existimat illum Berengosium esse, qui fuit Abbas sancti Maximi tempore Paschalis secundi Pontisicis, & Henrici quarti Imperatoris.

# De Euthymio Zigabeno. 1118.

Vthymius Zioabenus Monachus vixir tempore A. lexii Conneni Imperatoris, vt ipse testatur initio Parnopliæ.

Seripsir Panopliam aduersus omnes hæreses, & parte secunda tit. vigesimo tertio describit errores Basiliiau-storis Bogomilum, quem alexius Imperator comburi iustirin equestri theatro.

Scri-

fe

m

an

In

m

#### Ab anno Dom. 1000. ad 1100.

273

Scripsitetiam Commentaria in omnes Psalmos, & in quatuor Euangelia, Falluntur, qui huncauctorem floruis-se scribunt anno Domini quadringentessmo quadragesimo, vel millesimo contessmo octogesimo, floruit vero anno millesimo contessmo decimo octavo, quo Alexius Imperator obiit.

#### De Ioanne Zonara, 1118.

Toannes Zonaras Monachus Græcus scripst libros tres, annalium, quibus complexus est historiam vniuersalem ab orbe condito vsque ad exitum Alexii Conneni Imperatoris Græcorum, qui obiit anno Domini millesse mo centesimo decimo octavo.

Scripste etiam Commentaria in Nomocanonem Pho-

# De Ruperto Tuitiensi. 1119.

R Vpertus Abbas Tuitiensis vixit tempore Paschalis secundi Pontificis, & Henrici quarti dicti quinti Imperatoris circa annum Domini millesimum centesimum vndecimum: hunc enim annum ipse notat libro 8. de divinis officiis cap. 4. Scripsit multa opera quorum catalogum ipse ponit in epistola dedicatoria ad Cunonem Episcopum Ratisponensem, cui dedicat libros de diuinis officiis.

# Opera eius hac sunt.

Dedininis officiis, lib.	12
In Iob Commentariolum abbreuiatum,	10
In Ioannem Euangelistam,	14
De operibus sanctæ Trinitatis,	42
In Apocalypsim,	12
In duodecim Propheras minores,	30
De victoria Verbi,	13
De victoria Verbi, De gloria & honore filii hominis secundum Euar um Matthæi,	igeli-
Deglorioso Rege Danid ex lib. Regum,	It
In Cantica Canticorum,	7
O 5	06-

La

15

# De Seriptoribus Ecclefiasticis

#### Observatio prima.

Libri de officiis diuinis olim carebant nomine auctoris, nam, vr testatur Thomas Valdenses lib. de Sacrament. cap. 47.61. & 93. extabat suo tempore liber, siue opus de diuinis officiis, ex quo Ioannes Wiclef, hæresiarchamirifice triumphabat, & Catholicos vexabat, nunciandi Ambrosii, nunc sancti Isidori, nunc sancti Fulgentiino: mine eum librum vendiraus. Itaque Catholici diulibri eius auctorem quærentes suspicati sunt, auctorem fuille quendam Valramum, ad quem scripsie sanctus Anselmus librum de azymo: hinc postea Dominicus à Soto, Claudius Sanctius, Gulielmus Alanus Cardinalis, & alii, anctorem erroris de impanatione fecerunt Valramum. Sed reuera opus illud de diuinis officiis à Wiclefo citatum, non est Valrami, qui nihil eiulmodi v squam scripfisselegitur, led Ruperti Tuitien sis Abbanis, de quo nucagimus siquidem initium illius operis quodà Wicleso citabatur apud Valdensem erat: Ea quæ per anni circulum: & hoc ipsum est initium librorum Ruperti de officiis diuinis. Deinde omnia quæ cirabar Wiclefus ex auctore de diuinis officiis, inueniuntur ad verbum in lib. 2. de officiis diumis cap. 2. & cap. 9. apud Rupertum. Propterea errores iltius libri, inueniuntur etiam in libris Rupertiin Exodum, & in Ioannem, vr plane confter eundem este au-Aorem omnium istorum librorum. Denique Algeruslibro i. de Sacramento Eucharistiæ cap. 6. dicit tempore Mo exortam nouam hæresim, & absurdissimam de impanatione. Atqui Rupertus vixit codem seculo, quo Algerus & erat Algero paulo senior: & hicipse error, quem Algerus notat habetur in secundo lib. cap. 2. & cap. 9. de officiis diuinis apud Rupertum. Atque hæc videturelle causa, vt opera Ruperti Tuitiensis alioqui non mala, nec indocta, iacuerint fine luce, & honore in tenebris obliulonis, annie circiter quadringentis: nam nostro primum tempore coperunt lucem aspicere.

06/04-

CO

ri

fu

Ic

ne

ec

no

lil

Se

di

lu

vi

co pres po prose vh

#### Observatio secunda.

Error Ruperti in eo situs est, quod existimanit, non conuerri panem in corpus Christi dum conficitur Eucharistia, sed assumi à Verbo Diuino, quemadmodum assumpta est humanitas. Id perspicuum est ex libro sexto in Ioannem, vbi Rupertus dicit, Verbum factum estehominem, non destruendo, sed assumendo humanitarem: & eodem modo in Eucharistia idem verbum sieri panem non destruendo, sed assumendo panem, & similia habet libro secundo in Exodum cap. decimo sed clarissime libr. secundo de officiis diuinis cap. secundo cum sic air, Nec duo corpora dicuntur, aut sunt, hoc quod de Altari, & illud quod acceptum est de vtero Virginis: quia videlicet. vnum idemque Verbum, vnus idemque Deus sursum est in carne, hic in pane: & cap. 9. sic inquit, Verbum Patris carni, & sanguini, quem de vtero virginis assumpserat, & paniac vino, quod de altarias sumpsit, medium interueniens, vnum sacrificium efficir, quod cum in ora fidelium Sacerdos distribuit, panis & vinum ablumitur, & transit, partus autem Virginis cum vnito sibi Verbo Patris & in cœlo, & in hominibus integer permanet, & inconsumptus: hæcille, vbi cum dicit, permanere in colo, & in hominibus partum Virginis Verbo Patris vnitum, intelligit, permanere in hominibus per fidem, non reipfa: statim enim subiungit, Sed in illum in quo fides non est, præter visibiles species panis, & vini nihil de sacrificio peruenit. hæcille. Hunc errorem explicuimus, & refutauimus libro 3. de Sacramento Euchariltiæ cap. 11. & 15.

## De Algero Scholastico. 1130.

A Lgerus Scholasticus Leodiensis, ac postea Monachus Cluniacensis storuit circa annum Domini millesimum centesimum trigesimum. Scripsit varia opuscula de gratia, & libero arbitrio, & de Misericordia, & iustitia. Sed præcipuum eius opus est de corpore & sanguine Domini contra Berengarium, quod tribus libris comprehensum valde laudatur à venerabili Petro Clupiacensis

10:

nt.

de

11-

di

0.

ori se

us

H-

11-

ed

n,

us

ur

00

S.

scripsisse de Sacramento Eucharistia, bene, plane, per feete: Guirmundum , melius, plenius, perfeetus; Algerum, optime, pleuissime, perfectissime. Sed tamen obseruandum est, hunc Algerum lib. 2. cap. 1. non recte scripfisses pecies Sacramentales non posse corrumpi, velrodi à muribus, &c. quod etiam notauimus in Guirmundo, à quo id viderur Algerus accepisse, sic etiam cap. 8. perperam citauit Algerus sanctum Augustinum, cum ait, Vnde, vrait Augustinus nec caro sine sanguine, nec sanguisse ne carne rire communicatur. Hæc enim non sunt Augustini, sed Paschasii in libro de corpore Domini capite 14. Denique cap. 10. viderur Algerus velle esse de jure divino, ve sacrificium Missacelebretur in azymo: quodnon est verum, alioquin Ecclesianon toleraret eos, qui celebrant in fermentaro. Hæcnotare volui, non vt imminuam gloriam Algeri, qui magno zelo veritatem sua attate desendir: sed ne lector offendiculum incurrar in legendo opere isto, aliequi valde bono, cum sir commune mortalibus aliquando labi. Extathoc opus Algeri impressum Louanii cum Paschasio, Lanfranco, & Guirmundo, nec

rel

fex

qu

du

we

CO

di

M

De Hildeberto Turonensi. 1125.

non cum iisdem in Bibliotheca sanctorum Patrum tome

fexto, editionis secundæ.

I Ildebertus Archiepiscopus Turonensis vixit tempore Honorii secundi Pontificis, ad quem epistolam seripsit. Honotius autem sedere copit anno Domini 1125.

Scripsit Sermones, Epistolas, & Carmina sacra quæ extant in Bibliotheca sanctorum Patrum tomo : editionis socundæ, ad eum vna extat Epistola S. Bernardi, qua eum

hortatur, vt Innocentium secundum, vt verum Pontificem agnoscat, &

venererur.

im

212

Ce.

00

ri.

di

, à

De S. Bernardo. 1130.

Sanctus Bernardus Abbas Clarauallensis, vir plane ASpostolicus, & non minus gloria miraculorum, quam
sapientiz splendore illustris, florust maxime tempore Innocentii secundi Pontificis anno Domini millesimo centesimo trigesimo sed obiitan. 1932 ztaris suz sexagesimo
sexto. Scripsir multa opera sed multa etiam illi tribuuntur
quz eius no sunt. Opera, quz sine dubio sanctum Bernardum habent auctorem illa sua sunt, quz numeranturà
Gosrido eius discipulo, & alumno lib.3. vitz ipsius capita
vitimo, vitam enim sancti Bernardi primus scripsit eo viuente Gulielmus Abbas sancti Theodorici, vnico libro
comprehensam: deinde adiecit secundum librum Bernardus Abbas bonz Vallis; tres vitimos addit Gosridus
Monachus Clarauallensis.

## Opera sancti Bernardi indubitata ex Gofrido Monacho.

Homiliæ in laudem Virginis Matris, sue super, Miss	
est angelus,	4
De gradibus humilitatis.	I
De diligendo Deo, and the land of shorten de la	I
Apologeticus ad Gulielmum Abbatem,	I
De præcepto, & dispensarione,	I
Exhortatorius ad milites templi,	1
De gratia, & libero arbitrio,	I
De Consideratione ad Eugenium,	
In Cantica, sermones,	86
Epistolæ ad diversos,	351
Vita sancti Malachia Episcopi Hibernia.	
Opera sancti Bernardi secundi ordinis, qua babenti	ir
etiam pro indubitatis.	
De Aduentu Domini serm	7
De Vigilia natalis Domini,	6
De natali Domini,	6
De Circumcisione,	3
~ s ~ TY a CITITATU A W & S	De

# 222 De Scriptoribus Ecclefiasticis

D Se D

ANDUEFCCLIII

LLL	Descriptorious ecclejiajticss	
D	Epiphania.	1
	ominica prima post Epiphaniam,	4
De	Connersione sancti Pauli,	
	Purificatione beatæ Mariæ,	
De	Septuagesima,	,
	Quadragefima,	*
De	ancto Benedicto Abbare,	/
	Annunciatione beatæ Mariæ,	
De	Dominica Palmarum,	2
	feria quarta poenosa,	1
	feria quintain Cona Domini;	· ·
De	Pascha, Pascha P	1 4
De	Octaua Paschæ,	2
	Rogationibus,	1
De	Ascensione,	6
	Pentecoste,	3
De	sancto Ioanne Baptista	1
De	sanctis Petro, & Paulo,	4
	Dauid, & Colia.	1
	septem panibus,	3
	lancto Victore,	2
De	sancta Maria Magdalena,	1
De	Allumptione B. Mariæ Virginis,	-
De	verbis, Signum magnum.	1
De	natiuitate sanctæ Mariæ,	I
De	sancto Michaele, which and an analysis and a same property	1 2
	festo omnium Sanctorum.	15
	fancto Malachia,	1
State of the state	verbis liaiæ,	1
	lancto Martino,	I
	fancto Clemente.	I
	igilia fancti Andreæ,	1
	ie fancti Andrew,	2
	bitu Humberti,	I
	edicatione Ecclesia,	6
	falmum 90.	17
Dec	liuerfisargumentis,	35
Dea	ltitudine cordis,	4
THE STATE OF		De

	Hen der	
Abanno Dom. 1100. ad 1200. 223		
De Conversione ad Clericos.		
Sermonis parui,		$\Pi$
De donis Spiritus sancti,		
Sententiæ sancti Bernardi.		
Declamatio in illud, Ecce nos reliquimus omnia.		
Ordo tertius operum dubiorum.		
The state of the s		
Ad fratres de monte Dei.		
Meditationes.  De interiori domo.		
De ordine vitæ.		
Descala Claustralium.		
Formula honeftæ viræ.		
Speculum Monachorum:		
Sermones varii.		
Liber de conscientia.		
Descriptio Clatæ vallis.		
Lamentatio Virginis Mariz.	HARD ST	
Doctrina sancti Bernardi.		
Homilia de exeuntibus in Emaus.		
De amore Dei.	相影器	
De natura, & dignitate Dininiamoris.		
Sermode Passione Domini.		
Tractarus de Passione Domini.	<b>一种</b> 保险等	
Rhetorica sancti Bernardi		
De modo bene viuendiad sororem suam.		
De Conscientia. Sermones de diuersis argumentis,		
Super Salue Regina.  Epistola ad quendam, qua docetur, quid à nobis requi-	HAME	
rat Deus.		
De oneribus fermones.	A SERVE	
Observatio prima.		
Înter opera secundi ordinis est sermo de natiuitate		1
beara Maria, qui non est, ve multi existimant, denatiui-		
tare ex sancta Anna matre sua in hunc mundum, sed de	TA MERCE	

Înter opera secundi ordinis est sermo de natiuitate beara Maria, qui non est, ve multi existimant, de natiuitate ex sancta Anna matre sua in hunc mundum, sed de natiuitate per dormitionem mortis, in calum, quo modo dido dicunturnatalitia aliorum omnium Sanctorum. Idex contextufacile potestintelligi, hæc enim sunt prima verba, Fœcundæ Virginis amplectirur cælum præsentiam,

terra memoriam veneratur, &c.

In eodem ordine est sermo breuissimus de beara Virgine post sermonem quintum de Assumptione, sed ille ex sermonibus paruis est secundus, & inde huc fine causa translatus: & fortalle non est sancti Bernardi, cum auctor eius sermonis dicat, se carere virginitate, & ex primolibro, cap. 3. vitæsancti Bernardi probabiliter colligatut, eum virginem fuille.

In codem ordine inveniturlib. Sentent. S. Bernardi, de quo libro ambigo, an sit scriptus ab ipso sancto Bernardo an abaliquo alio, qui collegerit eas fententias ex scriptis, & Sermonibus eiuldem sancti viri: video enim in iislententiis quædam vocabula barbara, vt guerram, probelle & resalias leutores, quam ve decere videantur sandum

Bernardum: sed nihil definio.

#### Observatio secunda.

In tertio ordine quo dubia opera continentur: aliqua sunt, que manifeste sancti Bernardi non sunt, sedtamen grauia, & vtilia sunt: alia habent suos auctores, qui in titulis prænotantur: alia sunt inepta, & indigna, quætanto viro attribuantur: alia denique tam proxime accedunt ad spiritum, & stylum sancti Bernardi, vt eius fœtusiudicari possint. Ac vt dicam de singulis quod sentio:

Sermo, seu liber de vita solitaria ad frattes de monte Dei, non habet stylum, sed habet spiritum san &iBernardi, & dignissimus eit, qui legatur, tribui solet hie liber Guil-

elmo Abbati de S. Theodorico.

Meditationum capita sexdecim similia sunt libro supeviori: non habent stylum, neque eruditionem sancti Bernardi, sed habent pietatem, & deuotionem, & vtiliter legipollunt.

Tractatus de interiori domo, non est malus, sedadsu.

periores duos non pertingit.

Tra-

fin

lur

dis

M

910

di

10

mi

id

Be

cte

qu

no

ni rel

pr

A

ie

er

na

gl

1CI

ma

qu

tri

ne

lig

Tractatus de ordine vitæ, siue de doctrina puerorum, similis est superiori.

Scala clauttralium siue de modo orandi, non habet stylum S. Bernardi, sed alsoquimsignis libellus est, & lectu dignus.

Formula viræ, cum annexo documento, & speculum Monachorum, vtilishima continent documenta, ac Religiosis viris plane necessaria, quamuis à stylo sancti Bernar-

dilongeabhac.

ex

la

or

Sermones de Natali Domini, qui ordinesuccedunt, non sunt beati Bernaidi: neque eruditi: siquidem in primo sermone auctor laudat Abbatem Clarzuallensem, idest, sanctum Bernardum, proinde non est ipse sanctus Bernardus sermonis auctor. Idem ipse auctor dicit, nocte Natalis Domini corruisse templum pacis Roma, quod aternum suturum sperabatur. At nascente Domino nonondum templum illud adificari coptum erat, denique stylus turgidus est, sed vocabulis barbaris non catet.

Idem dealiissermonibus, eiusdem auctorisiudicium

fieri potest.

Inter sermones est vnus de Villico iniquitatis, cui præmittitur epistola Bernardi ad Marthæum Episcopum Albanensem, cui sermo ille transmittitur, & qui dem sermo stylum sancti Bernardi non habet, sed alioqui eruditam explicationem continet. Itaque vel sanctus Bernardus solitam suam eloquentiam in hoc sermone neglexit, vel alius Bernardus est, qui sermonem istum conscripsit.

Liber de conscientia pius, & vtilis est, quamuis S. Ber-

nardi este non videatur.

Descriptio claræ Vallis non est S. Bernardi, sed alicuius,

qui eam bene nouerat.

Lamentario B. Virginis indigna est, quæ S. Bernardo tribuatur, quippe, qui ineptias, & falsa nonnulla continet.

Sermo de duobus discipulis euntibus in Emmaus insignis est, sed S. Bernardi stylum uon habet.

P

Liber

Liber de amore Dei stylum potius Sancti Augustini, quam S. Bernardi habere videtur: qui enim librum illum composuit imitati voluit sanctum Augustinum in libris confessionum cum Deo colloquentem.

Liber de natura, & dignitate amoris diuini subtilis, &

obscurus eft, nec cuius sit affirmare possum.

Sermones duo de Passione Domini, quorum priorincipit, Ielum Nazarenum, & posterior longe prolixior, Ego sum vitis vera, docti sunt, & vtiles, sed non videntur sancti Bernardi, si è stylo iudicium siat.

De Rhythmis, hoc solum dicere possum, illum, qui incipit Iesu dulcis memoria, longe præstare cæteris omni-

bus.

Liber de modo bene vinendi, qui scriptus dicitur à sancto Bernardo ad sororem suam: veilissima documenta continet, sed neque stylum habet sancti Bernardi, neque adsororem eius scribi potuit: hic enim liber ad sororem Virginem, & cum Virginibus in monasterio degentem scribitur, ve perspicuum est ex cap. 21. Sanctus autem Bernardus vnicam habuit sororem; camque primo coniugatam, deimde sanctimonialem. Vide lib. 1. vitæ S. Bernardi cap. 1. & 6.

Liber de conscientia, de gradibus humilitatis, sermones de Cœna Domini, & cætera vsque ad sinem secundi tomi, non solum longe distant à stylo S. Bernardi, sed etiam verisimile non est de insdem argumentis toties S. Ber-

nardum disseruisse.

# De Petro Cluniacensi. 1130.

Petrus venerabilis Abbas Cluniacensis S. Bernardi 20 qualis suit, ve epistolætestantur, veltro, citroque missa. Fuit nobilis Aquitanus, ac primo miles, deinde monachus. Scripsitlibros duos de miraculis sui temporis.

Scripsit librum, performam epistolæ, aduersus errores Petri de Bruis, in quo egregie tractat:

Dobaprismo paruulorum.

De

Ab anno Dom. 1100. ad 1200.

227

De auctoritate epistola beati Pauli.

Deauctoritate Ecclesia.

De auctoritate vereris Testamenti.

Iterum de baptismo paruulorum.

pe Basilicis, templis, & aris.

De veneratione sanca Crucis.

besaerificio Miste, & veritate transubstantiationis.

De luffragiis defunctorum.

Delaudibus Dei in canticis, & musicis instrumen-

tis

il,

m

115

8

na

UF

m

m

Scriput quoque libros multos epistolarum ad diuerfos quarum nonnullas refere Cardin. Baronius tomo 12. Annalium.

Addit Trithemius, eum scripsisse de conversatione Eremirica, sed hunc librum non vidi, neque verum extet, scio.

#### De Hugone de sancto Victore. 1130.

Hygo de sancto Victore natione Saxo, professione Monachus, æqualis suit S. Bernardi, vr ex epistola S. Bernardi ad hunc ipsum Hugonem constat. Scripsit multa, quæ tribus tomis comprehenduntur in editione Veneta anni 1588.

#### Primi Tomi hac funt.

Descripturis, & scriptoribus sacris, pranotatio-

Annotationes elucidatoria in Pentareuchum, Iudices, libros Regum, Plalmos aliquot.

In Ecclesiastem homiliæ 19.

Annotationes elucidatoriæ in Threnos, in Ioelem: &

Annotationes elucidatoriæ allegoriarum in totum testamentum vetus, exceptis Prophetis, & libris sapientialibus.

Annotationes elucidatoriæ allegoriarum in quatuor Euangel.

P 2

Anno-

## 228 De Scriptoribus Ecclesiasticis

Annotationes literales, & quastiones in epistolas S. Pauli.

Annotationes elucidatoriæ in Dionysium Areopagi-

#### Secundi Tomi hac sunt.

Institutiones in decalogum. Expositio in Regulam lancti Augustini. Deinititutione nouitiorum. Deanimalibri quatuor. Demedicina anima. Deartha anima. De laude charitatis. De modo orandi. Defructu carnis & spiritus. De nupriis carnalibus, & spiritualibus libri duo. De vanitate mundi libri quatuor. Demeditatione libellus. De Arcæ mysticæ descriptione. De Arca Noelibri quatuor. Sermones centum de variis argumentis. Sermo de Assumptione B. Mariz.

#### Observatio.

Opusculum de claustroanimæ tribuitur Hugoni de S. Victore, vein eius operibus inuenimus: sed este alterius Hugonis, qui de Folietta dicitur, S. Antoninus assirmat. Et sane stylum prioris Hugonis non habet.

#### Tertii Tomi hac sunt.

Didascali libri seprem, quorum vltimus de Trinitate disserit, reliqui sex ad artes liberales pertinent.

De potestate & voluntate Dei, libellus.

De quadruplici voluntate in Christo, libellus.

De sapientia animæ Christi, libellus.

De vnione corporis, & spiritus libellus.

De Verbi Dei esticacia, libellus.

Apologia de verbo Incarnato.

De verbo Incarnato disputationes tres.

De per-

EU

V

n

ta

20

fi

De perpetua Virginitate beatæ Mariæ.

Miscellaneorum secundi codicis, libri quinque.

De filia Iephre tractatus.

Speculum de mysteriis Ecclesiæ.

De ceremoniis, Sacramentis, & officiis Ecclesiasticis lib.3.

De canone mystici libaminis, libellus.

Dialogus de Sacramentis legis naturalis, & scri-

Summa sententiarum septem tractatibus comprehen-

sa, quorum est.

Primus de Fide, Spe, & Charitate, de Trinitate, & Incarnatione.

Secundus de creatione, & statu angelicæ naturæ.

Terrius de creatione, & statu humanæ naturæ.

Quartus de Sacramentis in genere, & præceptis diuinis.

Quintus de Sacramento Baptilmi.

Sextus de Sacramento Confirmationis, Eucharistiz.

& Extremæ vnctionis.

Septimus de Sacramento coniugii.

De Sacramentis Christanæ fidei libri duo.

#### Observatio.

Non pauca sunt in operibus Hugonis, quæ non videntur germana eius opera, sed quoniam auctor editionis Venetæ suis locis hæc annotauit, & mihi non licuit per angustias remporis omnia excutere, remitto lectores ad notas quæ in ipsis operibus extant. Hæc solum addam extare apud Card, Baronium infignem epistolam Hugonis ad Ioannem Archiepiscopum Hispalensem apostaramà ade, tomo 12.ad annum Dom. 1136.

# De Richardo de sancto Victore. 1130.

Ichardus de sancto Victore, natione Scotus, Mona-Achus Ordinis Canonicorum regularium, Hugonis tempore claruit & in eodem monasterio sancti Victoris lanclissime vixit. Fuit quoque S. Bernardi amicissimus, VI CX

vt ex libris ad eum scriptis perspicuum est. Eius opera duobus romis continentur.

## Primi Tomi opera.

80 多年37 10 10 10 10 10 10 10 10 10 10 10 10 10
De exterminatione mali, & promotione boni tract. 1
Destatu interioris hominis,
De eruditione interioris hominis libri
Beniamin minor, id est, de præparatione ad contem-
plationem.
Beniamin maior, id est, de gratia contemplationis
libri
Allegoriæ tabernaculi fæderis,
De Trinirate
Detribus appropriatis personis in Trinitate, adsan.
the Chilm Karnardum
De Incornarione Verbind aundone
De fimmanuele libri
Francianum
De potestate ligandi, & soluendi tract.
De consemplatione placerum in C
De contemplatione plagarum in fine mundi,
De Indiciaria potestate in finali iudicio,
Despiritu blasphemiæ,
De gradibus charitatis,
De quatuor gradibus violentæ charitatis,
De gemino Paschate,
In die Paschæsermo,
Declaratio difficultatum Scripturæ sanctæ, ad san-
ctum Bernardum,
Quomodo Spiritus sanctus sit amor Patris, & Filii. 1
De differentia peccati mortalis, & venialis,
De superexcellenti Baptismo Christi,
De missione Spiritus sancti sermo,
De comparatione Christi ad florem, & beatæ Mariæ
ad Virgam.
Quomodo Christus ponitur in signum populorum, 1
De differentia sacrificii Dauid, & Abrahæ,
De Differentia beneficii Abraha, & beatæ Mariæ. 1
Opera .

Opera Tomi secundi.

Explanatio difficultatum ex tabernaculo fæderis.
De templo Salomonis ad literam.
De concordia temporum in libros Regum.
Explanatio variorum locorum in Pfalmos.
Explanatio libri Cantici canticorum.
De visione Ezechielis.
Detemplo Ezechielis.
Decisio dubiorum in Apostolo.
In Apocalypsim Ioannis libri septem.

Observatio.

Hacomnia opera, vno excepto, quodinscribitur, Exceptionum libri quatuor, videntut mihi docta, & pia, & dignissima ingenio acutissimo Richardi, neque scio de eisab vllo esse dubitatum, an sint legitima Richardi opera De libris exceptionum nonnihil ambigo, an sint eiusdem auctoris, non quod non sint libri illi eruditione varia pleni, sed quod quædam contineant, quæ non videntur à Richardo scribi potuisse. Libro primo cap. 24. sic loquitur, Inuentores Theologia fuerunt apud Gracos Linus, apud Latinos Varro : & nostris temporibus Ioannes Scotus. At cur Ioannes Scotus inventor Theologiæ? cur non magis Moses, aut Athanasius, aut Augustinus, aut Ioannes Damascenus? Deinde nonsunt noti Ioannes Scotinisi duo, vnus trecentis annis ante Richardum, alter centum, & amplius annis post Richardum; quisigiturille est, de quo hie dicitur, Et nostris temporibus loannes Scotus eodem capite dicithicauctor, inuentorem Rhetoricæ fuisse Demosthenem. Id quod est manifeste falsum : Demosthenes enim insignis orator fuitsedanteillum fueruntalii, velsocrates, Pericles, & alii, & cum ipso claruit Æschines : & eodem tempore floruit Aristoteles, qui de Rhetorica egregie scripsit. Intertiolibro cap. 7. scribit de Insulis, & Scotiam suam tantum nominat. Et cap. 8. describit ciuitates celebres' totius mundi, & Lutetiam Parisiorum, vbi ipse degebat, ne nominat quidem, ve neque Londinum, neque Can-

n-

IIS

I 6

I

Cantuariam, neque Edimburgum, neque alias Britanniæ, vel Scotiæ Civitates. In quarto libro numerat Pontifices Hebræorum, & omittit Aaron, Eleazarum, Phinees & nonnullos alios inter præcipuos.

Dev Villelmo Malmesberiensi. 1130.

Villelmus, seu Gulielmus Monachus Anglus, dictus Bibliothecarius, & Malmesberiensis, vixiteodem rempore, quo prædicti quatuor scriptores. Scripsit libros quinque de rebus gestis Regum Anglorum, vsq; ad Henricum primum. Item historiæ nouellæ libros duos. Denique de rebus gestis Ponniscum Anglorum libros quatuor.

De Henrico Vtidoniensi. 1145.

Enricus Vtidoniensis scripsit historiam Anglicanam libris octo vsque ad Stephani Regis obitum: idest, vsque ad annum millesimum centesimum quinquages, mum tertium.

De Gratiano. 1140.

Granchi Benedichi, claruit tempore Eugenii tertii Pontificis, & Conradi tertii Imperatoris ad annum pomini millesimum centesimum quadragesimum quintum. Scripst decretum, siue concordiam discordantium canonum: opus valde laboriosum, in quo canones plurimos collegit ex scripturis, exresponsis Pontificum, ex Conciliis & ex Patribus. Et quamuis multi alii viti doctiin hoc genere scriptionis laborauerint, vt Dionysius Exiguus, Isidorus, Crescopius, Burchardus, Iuo, & si qui alii sunt: ipse tamen solus obtinuit, vt publice in gymnasiis prælegeretur, & multorum doctissimorum virorum Commentariis illustraretur.

Scripsit hoc opus Bononiæ in monasterio sancti Felieis ex sententia Trithemii in secundo libro de viris Illustribus Ordinis sancti Benedicti, anno Domini 1127. vel vealii volunt, anno Domini 1151. nisi forte Trithemius in

choatio-

choationem, alii consummationem operis annotauerint.

Porro hoc opus à mendis purgatum, & sux integritati restitum fuir à viris quibusdam eruditissimis auctoritate Gregorii XIII. Pontificis anno falutis 1,80.

#### Observatio in Gratianum.

Gratianus id vnum habet, quod reprehendi posse videtur, quod non habuit delectum auctorum, ex quibus decresa collegit, annotabo hicaliqua loca per modum ex-

Primo distinctione xvi. can. Septuaginta, citatur epistola sancti Arhanasii Episcopi Alexandrini de canonibus Nicanis incendio consumptis, ad Marcum Papam. Sed Card. caronius tomo terrio Annalium demonstrat, eo tepore Athanasium fuisse exulem in Gallis, & incensionem illam canonum Nicænorum contigiste diu post obitum Marci Papæ, & ipsum Marcum defunctum iam fuisse, quando scribitur respondifie ad epistolam Athanasii: ve vndig; nuter fundamentum harum epistolarum, & sep-

tuaginta canonum Nicani Cocilii.

Secundo, distinctione 63. can. Adrianus, & can.in Synodo, ponuntur duo canones ex historia Ecclesiastica Sygeberti, quibus affirmantur inuestituræ Episcoporum concessa Imperatoribus Hadriano, primo, & à Leone octano summis Pontificibus: quos canones confictos fuisse à Sigeberto schismatico, historico probat multis argumentis Cardinalis Baronius tomo nono Annalium, ad annum tertium Hadriani primi Pontificis. Neque obstar, quod iidem canones habentur etiam apud Iuonem in Pannomia libr. 8. capit. 135. & 136. cum tamen Iuo Sigebertum ætate præcesserit, hoc(inquam)non obstat:quoniam Pannomia non dicitur Iuonis, quia sitab Iuone compota, sed quia sit ex decreto Iuonis maxima ex patte decerpta. Quodautem auctor Pannomiæ sit recentior luone, perspicuum est ex librooctauo, vbi multa sunt decreta Innocentii secundi Pontificis, qui fuit Iuone polte-TIOT.

i.

es

234 De Scriptoribus Ecclesiasticis

Terrio causa 24 quæstione 1. can. Hæc est sides; tribuitur iste canon sancto Hieronymo in Symbolo ad Damasum. Sed re vera desumptus est ex sibello sidei Pelagii hæresiarchæ ad Innocentium primum Pontissicem. Idsatis constat ex sancto Augustino libro de gratia Christi cap. 30.31.32.& 33. vbi ponitipsa verba huius Symboli, & dicit esse verbalibelli, quem de side sua Pelagius ad Innocentium misst.

Quarto, causa 10. quæstione 1. can. Quia Sacerdores. Iste canon sumitur ex epistola sancti Hieronymi ad Damasum, de oblationibus altaris. Sed ea epistola indigna est quæ sancto Hieronymo tribuatur: naminter sancti Spiritus organa numerat auctor huius epistolæ Eusebium Chronographum, quem sanctus Hieronymus Arianum

hæreticum passimappellat.

Item scribens ad Damasum citat Chrysostomi Commentarium in Matthæum. At eo tempore, quo Chrysostomus scripsit in Matthæum, Damasus iam ante multos anmos obierat. Obiit enim Damasus anno septimo Theodosii Senioris: Chrysostomus autem anno sequenti ordinatur Presbyter, & incipit concionari ad populum: inter
quas homilias sunt etiam illæ, quibus explicatur Euangelium sancti Matthæi. Omitto quod stylus huius epistolæ
impolitus, & barbarus cum sir, nihil habeat simile cum
stylo sancti Hieronymi.

Quinto, causa 22. can. Nec artificioso: citatur sanctus Augustinus in libro de conflictu virtutum, & vitiorum cap.19. At is liber non potest esse sancti Augustini, cum in sine eius libri commendetur Regula sancti Benedicti, qui

fuir plus centum annis Augustino posterior.

Sexto, causa 27. can. Nubendi licentia iterum citatur idem liber cap. 24. qui nullo modo Augustini esse potest. Adde quod plurimis in locis Gratianus citat Chrysostomum proauctore operis impersecti, & Hiero.

nymum pro Orige-

ne.

\* \*

DO

le

fe

II

ti

### De Petro Lombardo. 1145.

Errus Lombardus, Episcopus Parisiensis eodem tem-I pore floruit, quo Gratianus, & sieut iste collegit Canones, & canonistarum quasimagister fuit : sic ille collegit sententias' sacrorum Theologorum, & Magister sententiarum, & Theologorum Scholasticorum dici me ruit. Ferunt Gratianum, & Petrum Lombardum, & Petrum Comestorem germanos fatres fuisse : sed fundamento carer ea opinio. Certe in patria non conueniunt: Gratianus enim Ethruscus fuir ex Clusio Ciuitate: Magister Petrus, Lombardus ex Nouaria; Petrus Comestor. Gallus ex Trecis. Quæ scripserit Petrus Lombardus, ex epitaphio sepulchri eius, quod est in Ecclesia sancti MarcelliParisiis, cognosci potest: sic enimibilegitur, Hiciacet Magister Perrus Lombardus Episcopus Parisiensis, qui composuit librum Sententiarum, Glossas Psalmorum, & Epistolarum.

Porrolibri sententiarum, quod est præcipuum opus

Magistri Petri, quatuor sunt.

Primus continet sententias Patrum de Trinitate, &

vnitate Dei. Secundus de creatione Mundi, ac præcipue Angelo-

rum, & hominum, & de gratia Dei.

Terrius de Incarnatione Verbi, deque virtutibus, &

Quartus de Sacramentis, & nouissimis, id est, Resurreclione, Iudicio, &c.

## Observatio.

Quamuis Petrus Lombardus Magister appelletur, tamen discipuli eius, Scholastici doctores, viri acuti, & docti non omnia probant, quæ Magister docuit : norantur enim articuli viginti sex, in quibus Magisterreiicitur, in additione ad Magistrum excusa rypis. Necsolum opiniones eius aliquando refelluntur: sed etiam non defuerue qui eum ad Alexandrum tertium Pontificem derulerint, hæresis nomine, quod docuisset, Christum, vt hominem

minem non esse aliquid. Quam eins sententiam damna. tam fuisse in Concilio quodam Parisiensi, iubente A. lexandro Pontifice, testatur Matthæus Paris in historia Anglicana, in Henrico secundo pagina centesima rrigesima secunda quæ damnario contigir annis nouendecim post obitum eiusdem Petri. Non diu postea accusatus suit à Ioachim, Abbate quod docuisset, vnam summam rem esse Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum. Sed Concilium Lateranense sub Innocentio tertio, Petri Lombardi sententiam approbauit, & contrariam Ioachimi Abbatis reprobauit.

# De Ottone Frisingensi. 1145.

Tto Frisingensis Episcopus, insignis nobilitate, pietare, & doctrina, fuit Henrici quatti Imperatoris nepos, Henrici quarri sororius, Conradi Regis frater vterinus, Friderici primi parruus, initio Monachus fuit Cisterciensis, ac paulo post Abbas Morimundensis, deinde Episcopus Frisingensis, tandem'in ipso codem monasterio pie Deo animam reddidit anno Domini millesimo centesimo quinquagesimo nono, & quoniam Gilbertum Porretanum aliquando valde laudauerat, in mortereuocauit, si quid in eius laudem dixisser, quod sidei Christianæ contrarium videri posset. Siquidem aliqui articuliin Concilio Episcoporum ab Eugenio terrio Pontifice damnati fuerant sub nomine Gilberti. Vide hæc omniaapudRadeuicum libro secundo de gestis Friderici Imperatoris cap. II.

Scripfit Otto Frifingensis libros septem Chronicorum ab Orbe condito vsque ad annum Domini millesimum centesimum quadragesimum sextum, quibus addidit librum octauum de fine mundi, Antichristi persecutione Resurrectione mortuorum, iudicio finali, & gloria beato.

rum, ac suppliciis damuatorum.

Scripsir præterea de gestis Friderici primi Imp. libros duos; quibus duos alios addidit Radeuicus Canonicus Frilingenlis.

De

un

fac

G

PI

ba ita

G in

SI

10 qu

dæ

du

eri

ex

pfi

cti

xai

dir

Al

do

#### De Petro Comestore. 1150.

DEtrus Comestor, qui & Magister historiæ Scholasticæ, hocipso tempore floruit: dedicauit enim opus suum Wilhelmo Archiepiscopo Senonensi, cui Alexander
tertius Papa commisit, vt sententiam quandam Petri
Lombardi damnaret, vt supra diximus. Scripsit historiam
sacram 16 libris, qui sunt libri sacri historiales, videlicet
Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri Iosue, Iudices, Ruth
primus Regum, secundus Regum, tertius Regum, quartus
Regum, Tobias, Ezechiel, Daniel, Iudith, Esther, Machabæorum, Historia Euangelica, & historia Actuum Apostolorum. Scripsit autem inserens verbis sacris multa ex
Glossis, & ex prophanis auctoribus, & noa raro admiscens
incertas historias.

## De Theoriano 1170.

Theorianus quidam Gracus vir doctus, missuit a Manuele Imperatore ad Atmenos, vi eos ab erroribus circa sidem Christianam reuocaret: quod ille egregie præstitit anno Domini 170, Extat dialogus Theoriani Orthodoxi cum generali Armenorum, in tomo
quarto Bibliothecæ sanctorum Patrum editionis secundæ, estque dialogus lectu dignus, quamuis Genebrardus libro 4. Chronologiæ conetur excusare Armenos ab
errore Petri Gnaphei, tamen iudicent lectores, an tecte
excusauerit.

# De Hugone Etheriano. 1177.

HVgo Etherianus natione Tuscus, vir docus Græce, & Latine, Constantinopoli degens scripst valde erudite librum de processione Spiritus sanctiaduersus errores Græcorum, quem librum ad Alexandrum tertium Pontiscem misst anno 1177, teste Cardin Baronio tomo 12. Annalium, vbi & epistolam eiusdem Alexandri ponit, qua gratias agit Hugoni. Scripsitetiam de regressu animarum ab inferis. Vtrumque opus extatinto-

138 De Scriptoribu Ecclesiasticis in tomo 9. Bibliothecæ sanctorum Patrum; editionis se cundæ.

# De Arnoldo Carnotenfi. 1177.

Anoldus Carnotensis, Abbas honæ Vallis, viradmodum pius, & doctus, & sancti Bernardi discipulus, & amicus in primis, ad quem etiam scripsit epistolas 310. de obitu suo iam imminente. Scripsit insigne opusculum de septem verbis nouissimis à Christo in Cruce prolatis Scripsit item de laudibus Virginis Mariæ Matris Dei: quæ duo opera extant in Bibliotheca sanctorum Patrum tomo primo editionis secundæ. Scripsit quoque secundum librum vitæsanchi Bernardi, qui habetur ad sinem operum sancti Bernardi.

## De Ioanne Saresberiensi. 1177.

Tounes Saresberiensts, Episcopus Carnotensis, vixit tempore Alexandri terrii. Scripsit multa, & in iis vitam Sancti Thomæ Cantuariensis, Opus ponitentiales Obiurgationem Cleri, Policraticum libris octo. De nugis curialium, Epistolas ad diuersos. Extant impressa anno 1513.

# De Petro Blesensi. 1177.

Petrus Blesensis, Archidiaconus Bathoniensis, vizit tempore Alexandri tertii Pontificis, & Henrici secundi Regis Anglorum, cui diu familiaris, & administer suit. Scripsit multa sapienter, & eloquenter, que nunc extant opera Ioannis Busei, edita sunt Moguntie anno 1600. via delicer epistole 180.

Tractatus de transfiguratione Domini. Tractatus de Conversione sancti Pauli.

Compendium in lob.

Tractatus de Hierofolymirana peregrinatione.

Instructio fidei ad Soldanum Iconii.
Liber de confessione Sacramentali.

Liber de satisfactione à Sacerdote iniugenda.

Ganon

fu

111

in

th.

dr

qu

re

fe

Au

VI

di

ni fe E al

Canon Episcopalis, siue de institutione Episcopi. Inuectiua contra deprauatorem.

Tractatus deamicitia Christiana.

m

115

28

00

m

31

Cz

15

12

II

Ad hæc meminit iple in Inuectiva aliorum operum suorum, quæ non videtur extare. Inueniuntur multæ huius Petri epistolæ in tomo 12. Annalium Card. Baronii: & instructio sidei ad Soldanum, inuenitur etiam apud Mathæum Parisiensem ad ann. Dom. 1169. sub nomine Alexadritertii Pontiscis. Pontisex enim eam direxit nomine suo quamuis à Petro Blesensi conscriptam.

## De Gultelmo Tyrio. 1180.

Guoanno Manuel Imperator Græcorum obiit, vriple

teltatur lib. 22. historiæ suæ cap. 4. & 5.

Scripsit historiam de bello sacro libris viginti tribus, sed liber vicesimus tertius ab ipso inchoatus, non absolutus suit. Incipit ab ann. Dom. 1095. & perduxit historiam vsque ad ann. 1180. sed continuauit Ioannes Héroldus addius libris sex ad annum Domini 1521.

## De Helmoldo Butsomensi. 1180.

Helmodus Canonicus Butsoniensis codem tempore scripsit historiam Henetorum, sine Sclauorum à Carolo Magno vsque ad annum Domini 1168.

# De Gothefrido Viterbiensi. 1186.

Othefridus Viterbiensis Notarius Conradi tertii, G& Friderici primi Imperatorum, scripsit Chronicum vniuersale, quod appellauit Pantheon, fortasse, quod contineat res gestas omnium Principum, tum Ecclesiasticorum, tum temporalium. Principes enim Dia appellantur in scripturis Scripsit autem partim prosa, partim carmine, & diussit opus suum in partes viginti, & dedicauit illud Vibano tertio summo Pontisici, ad cuius Pőtiscatum historiam suam perduxit, id est, ab initio mundi vsque ad annum Domini millesimum centesimum octuagesimum sextum.

Por-

Porro hoc ipso anno nupsit Constantia Islia Rogeril Regis Siciliæ, Henrico sexto silio Friderici primi, adolescenti anno rum viginti, & vnius, adhuc viuente parente eius Friderico primo, vt idem Gothefridus testatur parte decimaleptima extrema.

Ex quibus retellitur fabula de Constantia silia Rogerii, Sanctimoniali, & verula per dispensationem Cælestini

tertinubente Henrico sexto.

Calestinus enim terrius sedere copit anno Domini

## De Galielmo Neubrigensi. 1190.

Olielmus Neubrigensis eodem tempore scripsit historiam Anglicanam libris quinque & libr. 4 cap.13. de plorat infeli em exitum Friderici primi, obiniustam persecutionem factam segitimo Pontifici Alexandrotertio. Cæpit historiam suam abanno Domini 1066. & breutsime pertranssit vsque ad annum 1135, quo anno se natum suisse testatur, & ab hoc anno sus serios sua vsque ad annum millesimum centesimum nonagesimum septimum.

De Rogerio historico. 1190.

Rogerius de Houedem insignis historicus scripsit libros duos Annalium Anglicanorum valde diligeter, & peruenir vsque ad Ioannem Regem, qui regnare copit anno Domini 1199.

De Theodoro Ralfamone. 1191.

Theodorus Balsamon Patriarcha Antiochenus vixit tempore Xiphilini Patriarchæ Constantinopolitani, cui dedicauit suum opus. Gregorius autem Xiphilinus anno 1191 sedere cœpit. teste Baronio Bardin. tomo 12. Annalium ad annum 119. Scripsit Balsamon duos libros Cómentariorum, vnum in Nomocanonem Photii, alterum in Canones variorum Conciliorum, & sanctorum Patru. Fuit autem Balsamon schismaticus, & Romanæ Ecclesæ infensus, non minus, quam Photius. Vide Baronium loco citato.

De

ta

# Ab anno Dom. 1200, ad 1300.

m. 1200, au 1300. 241

De loachimo Abbate. 1195.

Toachimus Abbas Florensis Monasterii viuebat anno 1195. Scripsit in Ilaiam, & Hieremiam, & Apocalypsim, & Concordiam testamenti veteris, & noui: quæ omnia extant. Circumferuntur quædam vaticinia sub eius nomine de suturis Pontificibus Romanis, quæ quam sidem mereantur, aliorum sit iudicium, illud mirum est, quod cum ea vaticinia ad solos quindecim Pontifices per tineant, tamen curiositas hominum ad nostra vique tempora extendere illa conatur.

# Seculum decimum terium ab Anno 1200. ad 1300.

# De Innocentio tertio Pontifice.

Nnocentius tertius Pontifex maximus sedere cœpit in Apostolica sede anno millesimo centesimo nonagesimo octavo, & sedit vsque ad annum 1216. Vir fuit multa pietatis, & doctrina, nec minoris prudentia in Ecclesia gubernanda. Eius opera duobus tomis continentur.

## Inpriore habentur.

Sermones de tempore. Item de Sanctis, tum proprii, tum communes. Item de consecratione Pontificis, quatuor.

#### Adhac libri.

De Eleemofyna,	
Inseptem Psalmos ponitent.	I
Delaude el	I
Delaude charitaris,	I
Demysteriis Missa,	6
De contemptu mundi,	
Encomium in Christum, & eius Macrem,	3
Precationes de passione Christi,	
De Sanctorum veneratione,	3
Hammis Cl. 10	3
Hymnus in Christum, & eius Matrem.	
Q	Con-